



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm  
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè  
Obeundum**

**Polanco, Juan-Alphonso de**

**[Köln], 1617**

De iis quæ agenda sunt cum iis qui intellectu quidem valent, sed voluntas illius ægra est, vt id faciant, quod facere est necesse. Capvt XVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41600**

*quo in casu quis potest ab- solvere.* sedi Apostolicæ. & in Bulla Cœnæ refer- vatis, & consequentibus censuris, &c. si tamen peccatum annexam habet excō- municationem, à qua non possit extra hunc casum ipse conf. s. r. ius eum absol- vere debet iniungere morienti, vt, si cō- ualuerit, ad superiorē pro remedio con- fugiat, quæ intelligantur, si non posset moriens presentiam habere Superioris, qui facultatem talem habeat; nam tunc esset ille vocandus (si non est periculum in mora) pro casu illo reservato.

*De iis quæ agenda sunt cum iis qui intel- lectu quidem valent, sed voluntas illius agra est, vt id faciant, quod facere est necesse.*

## C A P V T X V I I.

*Aliorū oratio- nib. in- ventu, &c.* Illi, quibus mors imminet, non de- stituuntur vsurationis, & sensuum, ac sermonis, nec tempore sed volun- tate faciendi quod ad salutem ipsorum necessarium est; imprimis iuuandi sint amicorum, vel consanguineo- rum charitate: qui pro eis orationes, & eleemosynas fieri, & missas dici  
cu-

E  
curent  
Deo m  
rum em  
te nece  
qua ab  
lijs sine  
cum tal  
faciend  
vt à Dec  
le ad mi  
Inter  
cum ips  
quis sit,  
gratiam  
& rogar  
aliquem  
nem & a  
deperfo  
diri & m  
uis hoc  
dos, & fa  
& de mo  
eius ægri  
præ se fer  
cilicet be  
quæ mult  
tem suam  
diat. His

curent; vt sic indispositis impetretur à Deo misericordia, qua dignetur cor eorum emollire, & ad viam salutis, in tantę necessitatis tempore, adducere. & tam quę ab ipso qui iuuat, quàm quę ab alijs sine ipso ægroto fieri posse diximus, cum talibus sunt pernecessariò largiùs facienda, & ad hunc finem applicanda, vt à Deo gratia impetretur, qua illi benè se ad migrandum disponant.

Interim tamen non omittantur, quę cum ipso ægroto fieri poterunt, & si aliquis sit, qui apud eum auctoritatem, vel gratiam habeat, is eum horrari deberet, & rogare, vt curaret ad se vocari virum aliquem spiritualem, à quo consolationem & auxilium acciperet; ea dicendo de persona eius, quę libentius eum audiri & magis ei credi facient. Sed quamuis hoc non fieret, inuisat eum Sacerdos, & salutet eum, & amanter appellet, & de morbo interroget, & compatiatur eius ægritudini, & compassionem ipsam præ se ferat; vt amoris significatio conciliet benevolentiam apud ægotam: quę multum conferet, vt quę ad salutem suam faciunt, ab eo libentius audiat. His præmissis, blandè hortetur æ-

R grotum

*Qui a-  
pud talē  
auctori-  
tate va-  
lent hor-  
tentur  
eum.*

*Vnde in-  
cipiat,  
qui iu-  
uat.*

*Can. cū  
in fide  
res.  
Quomo  
do. d  
confes-  
sionem  
dissolat.*

grotum, vt ad Deum, pro remedio  
confugiat; qui sæpe per morbos hoc a-  
git, vt qui obliuiscerentur sui Creatoris,  
hoc quasi stimulo incitati, ad ipsum re-  
fugiant quod autem propter peccata in-  
terdum immitantur morbi, patet in pa-  
ralytico Ioan. 5. vnde sanato Christus  
ait. Vade & iam amplius noli peccare, ne  
deterius tibi aliquid contingat. Vnde  
obseruari oportet illud Innocentij salu-  
bre decretum, vt scilicet initio morbi, æ-  
groti confiteri teneantur, vt medici in  
eorum curatione pergant. Deus enim, vt  
omnipotens, & animæ, & corporis mor-  
bos curare potest, & vt Pater, nostri a-  
mantissimus, vult omnia, quæ nobis sunt  
conuenientia, si humiliter ab eo peti-  
mus, tribuere. Prius tamen necesse est e-  
ius amicitiam, & gratiã procurare. Nam  
licet Pater sit clementissimus, & magis  
omnia bona nobis conferre velit, quàm  
nos accipere, nihilominus quia iustus  
est, vult vt, qui peccauit, contra ipsum,  
agnoscat suum errorem: & vt ei displice-  
ant quæ malè gessit contra suum crea-  
torem, & tam multorum beneficiorum  
auctorem, & vt confiteatur Sacerdoti,  
cui dedit De<sup>o</sup> facultatem absoluendi ab  
omnibus peccatis, & ita dicatur, quod

cx

ex ea c  
re suæ r  
let con  
supra.

Si ad  
dicere i  
quo sup  
uerti ad  
habent  
in statu  
est certa  
cturus e  
iam diu  
lum pro  
erit, resti  
si omnin  
videat ip  
vitam tra  
ne libera  
quid de  
infamia t  
nere ad  
num; qu  
set Chri  
iam quoc  
rare deb  
peccata f  
videatur.

Quod

ex ea confessione debeat initium face-  
re suæ reconciliationis cum Deo. Si vo-  
let confiteri, benè est, & cætera fiant, vt  
supra.

Si adhuc nollet confiteri, vel differret, *Contra*  
dicere illi oportet illud Ecclesiastici de *differen*  
quo supra capit 2. Fili non tardes con- *tes cons*  
uerti ad Dominum, & reliqua, quæ ibi *sessione*  
habentur contra differetes: quia si mors *Eccl. 5.*  
in statu peccati aliquem deprehendat,  
est certa damnatio faciat ergo quod fa-  
cturus est, dum tempus habet. forte et-  
iam diuina bonitas, si misit hoc flagel-  
lum propter peccata, cùm ea confessus  
erit, restituet sanitatem corporis, quòd  
si omnino ab hac vita recedendum erit,  
videat ipse, quanti referat ad æternam  
vitam transire, & ab æterna damna-  
tione liberari, si opus erit, addi poterit ali-  
quid de honore, vt scilicet quod magna  
infamia sit in tali tempore non se dispo-  
nere ad moriendum, vt decet Christia-  
num; quodque nec sepultura dignus es-  
set Christianis consueta. addatur et-  
iam quod consolationem magnam spe-  
rare debeat postquam confessus fuerit  
peccata sua: licet modo molestum esse  
videatur confessionem instituere.

Quod si ne tunc quidem se paratum

R 2 ad

*Inquiratur causa cur mali confiteri.* ad confitendum ostendit: curet intelligere causam eius rei, aliquando enim id accidere posset ex infidelitate, vel hæresi si aliquando etiam ex desperatione, propter malè actam vitam, & multa, graviaque peccata, quæ fortè à multis annis non est confessus: aliquando etiam ob pactum aliquod initum cum Dæmone, qui ipsum, jam vicinum morti, retinet ne confiteatur: aliquando ex affectu aliquo fixo, circa aliqua peccata, à quibus non vult ipse recedere: quale est odium, vel vindictæ appetitus, vel usura, aut aliqua malè parta, quæ nõ vult restituere, aut carnis peccata, vel siquid huiusmodi est: aliquando acedia quædam, & difficultatis confitendi horror.

*Quid si infidelitas vel hæresis deprehenditur.* Si infidelitas, vel hæresis detegitur, ea quæ de fide dicta sunt cap. 12. proderunt potius quam disputare in particulari, nisi magnam daret occasionem ægrotus, rationem sui erroris assignando. tunc enim confutari id expediret, vel ab eo qui juvat, vel ab alio in eiusmodi rebus peritiori, sed communia illa magis ad rem faciunt, etiam in hoc casu, ut plurimum. Perit etiam ab eo posset, an putet salutem consequi eos posse qui tenent, quod Catho-

E  
tholici  
surdum  
millia h  
dediti s  
quidam  
hæretic  
poterit  
clesia ca  
per te,  
possit ex  
to peric  
quàm in  
cedere?  
ctum m  
inferno  
ciari, &  
suorum

Si an  
speratio  
nem pe  
quæ de  
13. & qu  
num sin  
ne conj  
diæ im  
& vna g  
sent M  
eius fra

tholici Christiani tenemus. Si negat; absurdum jam est manifestè tam multa millia hominum, qui virtuti, & pietatè dediti fuerunt; damnari. Si admittit (ut quidam infideles admittunt, & etiam hæretici) saluos esse posse; tunc inferre poterit: cum ergo qui credunt, quod ecclesia catholica credit salui esse possint per te, per nos autem nullus esse saluus possit extra hanc Noë arcam; cur in tanto periculo damnationis aternæ potius, quàm in secure statu, vis ex hac vita decedere? Addi etiam possunt, quæ ad affectum mouendum faciunt: quale est, in inferno pœnis nunquam finiendis cruciari, & in hac vita in infamiam suam & suorum indelebilem incidere.

Si animaduertitur, quod sit potius desperatio, ob grauitatem, & multitudinem peccatorum, tunc locum habent, quæ de spe erigenda dicta sunt cap. 6. & 13. & quod totius mundi peccata, Demonum simul & hominum, si in vno homine conjungerentur, in abyssu misericordiae immensæ, velut nihilum absorberi, & vna gutta sanguinis Christi lauari possent. Nouit Deus figmentum suum, & eius fragilitatem, & ad peccata propensionem.

R ; nonem

tionem; & prompta est ipsius benignitas ad ignoscendum, si humiliter quis ei agnoscat, ei displiceant, & veniam confidenter speret, & postulet à Deo misericordiam, per Iesum Christum, &c.

*Quid si  
pactum  
cum da-  
mone im-  
pedit.*

Si (quod raro accidit, sed potest tamen accidere) pactum aliquod cum Dæmone in initum, diffidentia, & desperanda salutis causa esse percipitur: dici debet, quòd proditori nullum pactum est seruandum, licet propria manu, imò & sanguine (quod quidam fecerunt) esset chirographum Dæmoni datum, & quòd deceptorem decipere debet, & confugere ad verum Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum qui creauit nos: & à potestate Dæmonis, & tenebrarum, per sanguinem suum nos eripuit, & transtulit in regnum suum, & exempla adduci possunt: vt illius, qui à beato Basilio adiutus est, & chirographum, quod dederat Dæmoni, fuit ei restitutum & aliarum personarum notarum, quas constat in initum pactum cum Dæmone eluisse per confessionem, & viam salutis esse ingressas, & licet Dæmon non redderet chirographum, non refert: quia Christus Iesus, Dominus est absolutor vniuersorum,  
&

E  
& ita dic  
alibi di  
ponente  
derit, po  
arbitrii

Si diffi  
dit, quò  
peccati  
fessam,  
imprim  
mors im  
na hæc  
ctibus r  
quam a  
quæ ego  
sistetur  
ad igne  
æternā  
pertate  
vel ab i  
in hoc  
in alijs  
omnem  
num pa  
ciari; v  
quæ fo  
nation  
tur etia  
malè d



& ita dici debent, quæ ad spem faciunt, alibi dicta, & quæ ad contritionem proponente ipso ægroto, si Deus vitam dederit, pœnitentiam & satisfactionem ad arbitrium confessarij.

Si difficultas confitendi, ex eo procedit, quòd nō velit ægrotus vel affectum peccati relinquere, vel rem injustè possessam, aut damnum illatum restituere: imprimis significetur ei, quòd certa mors imminet, quæ faciet, ut omnia bona hæc, & corpus ipsum cum suis affectibus relinquatur: nec secū feret aliud, quam animam suam, & bona vel mala, quæ egerit: & quod ante tribunal Christi sistetur, ut secundum ea, quæ gessit, vel ad ignem æternum damnetur, vel vitam æternā accipiat, & si timet filios in paupertate deserere, restituēdo quod debet, vel ab injusto quæstu recedendo (nam in hoc solet esse maior difficultas, quàm in alijs affectibus) videat quàm sit cōtra omnem rationem, ut velit ipse in æternum paupertate, & diris tormentis cruciari, ut filij habeant bona temporalia, quæ fortè illis erunt causa eiusdem damnationis, & quibus fortè non diu fruuntur etiam in hac vita, quia malè parata, malè dilabuntur, & de eis rarò gaude-

*Quid cū  
ex affe-  
ctu pec-  
cati non  
vult cōs-  
fiteri.*

bis tertius hæres: & quòd Dei, Patris ve-  
 ri prouidentia sunt committendi, post-  
 quam is fecerit quod iustè pro eis possit.  
 & demum addi debent, quæ timorem  
 incutiunt pœnarum & quæ mouere pos-  
 sunt, ad præferenda his bonis terrenis  
 cœlestia & sempiterna bona; ad quæ se  
 disponet relinquendo quæ iniustè hic  
 retinentur. Et quia varia hominum in-  
 genia varijs modis mouentur, si via ti-  
 moris non sufficit, nec spei: tentetur ea  
 quæ ratione amoris valeret mouere, &  
 vni habere posset in ijs, qui carnalibus  
 affectibus adhærent, & etiam in alijs;  
 explicando beneficia Dei tam naturæ,  
 quam gratiæ, & gloriæ vt supra cap. 7. &  
 charitatem Patris æterni, qui cum ini-  
 mici essemus, dedit Filium suum; vt nos  
 seruos redimeret: dilectionem Filij, qui  
 vitam suam dedit pro nobis, vt supra c. 7.  
 Aliqua etiam de fama vel bono nomine  
 in hac vita possent quosdam mouere.  
 & si obseruabit, quod ægrotus his po-  
 tius, quàm illis rationib<sup>9</sup> vel modis mo-  
 ueatur: in eis magis hæreat (cum mode-  
 ratione tamen prudenti) quæ efficaci-  
 ora senserit, vt is ad salutem suam cui-  
 dam excitetur, ac iuuetur. Si difficultas  
 non videtur in affectu fixo ad peccatum,  
 sed

E  
 sed potius  
 vt labore  
 eat: impr  
 imminer  
 ternæ p  
 debet. de  
 iuuat m  
 memoria  
 tiæ, si opr  
 si ne tunc  
 quod ali  
 cum quo  
 liter rec  
 colloqui  
 interrog  
 quæ ipse  
 scendend  
 particula  
 magnam  
 Ecce tu  
 & tamen  
 portebat  
 est, vt tib  
 lutionis:  
 disposito  
 rem pro  
 supra c. 2  
 solui pos  
 Vnde

sed potius in acedia quadam, quæ facit *Quid cõ*  
 ut laborem se disponendi quis exhortetur. *ex ace-*  
 cat: imprimis significanda est ei mortis *dia im-*  
 imminentis vicissitas & damnationis æ- *peditur.*  
 ternæ periculum, si non fecerit quod  
 debet. deinde offerat suam operam quæ  
 iuuat morientem, ad redigenda ei in  
 memoriam peccata, & partem pœniten-  
 tiæ, si opus erit, pro ipso subeundam, &  
 si ne tunc quidem vellet, prodesse posset,  
 quod alicui ex Patribus nostris accidit  
 cum quodam, qui confiteri sacramenta-  
 liter recusabat, ut scilicet per modum  
 colloquij cum ægroto (semotis arbitris)  
 interroget de speciebus peccatorum,  
 quæ ipsius conscientiam premunt, de-  
 scendendo quantum possit, & sic satis, ad  
 particularia. & cum jam vel omnia, vel  
 magnam partem habuerit, dici posset ei:  
 Ecce tu timebas laborem confessionis,  
 & tamen ferè omnia confessus es, quæ o-  
 portebat. Vis ergo finire quod reliquum  
 est, ut tibi impendam beneficium abso-  
 lutionis: si admitte, tunc ut cum magis  
 disposito, pergat ad reliqua, & ad dolo-  
 rem pro peccatis habendum adiuuet, ut  
 supra c. 2. & cum eò adductus erit ut ab-  
 solui possit, eum absoluat.

Vndecunq; accidat difficultas ægro-

R 5      10 si

*Adduca-  
tur ad  
eleemo-  
synas,  
etc.*

si in primo congressu non sibi persua-  
deri sinit, vt confiteatur, & ad mortem  
se disponat: curet qui iuuat, vel eleemo-  
synas pro se faciat, & orationes, & Mis-  
sarum sacrificia postulet, oret & ipse, ac  
Deo se commendet, vel si per se hæc non  
fecerit, committat alijs, vt pro ipso, quã  
largè fieri possit, ea præstent, & non ita  
cum, qui talis est. relinquat, si fieri possit,  
quin denuò ad ipsum reditus pateat, ad  
agendum de ijs, quæ ad animæ ipsius sa-  
lutem pertinent. ideo, vt ne molestus sit  
ægroto (sic disposito præsertim) imò vt  
ei gratus sit, & consolationem adferat,  
studere debet, & si de aliquo alio putare-  
tur, quòd futurus esset gratior ægroto,  
vel maioris auctoritatis apud ipsum:  
suggerat amicis infirmi vt is euocetur.  
Si tandem ad confessionem adducetur,  
procedi cum eo poterit in communio-  
ne, extrema vnctione, testamento, & a-  
lijs, quæ conferre dicebantur morientis  
bus, prout dictum est cum benè disposi-  
tis, ad auxilium ferendum proceden-  
dum esse, secundum quod tempus, lo-  
cus & personarum qualitas feret.

*Quomodo*

*Quomodo  
sua dan*

**P**Erut  
omn  
mort  
tur ad car  
uendi rat  
ris: confe  
hortando  
stularet,  
adiuand  
videretur, vt  
carceribu  
rò ad sup  
um, in ma  
recordan  
ras famil  
id præstar  
rum anim  
fos cogno  
ti, omnem  
deklararu  
plissimum  
rendimus  
si quis fo